

gratias locutionis cum interno conceptu, in qua hujus peccati malitia fundatur, eadem ratione in quavis gravi peccato perleverat periculo; idem dicendum de Idolorum cultu, & similibus. Notanter autem hoc dicitur de lege naturali rem intrinsece malam prohibente, quia multae leges etiam naturales, aut divinae, quae non prohibent rem aliquam intrinsece malam, non obligant in periculo gravis damnis, ut patet in primis de voto, quod licet debitum sit iure divino naturali, non tamen obligat cum periculo gravis incommodi; item de restitutione, quae licet iure divino, & naturali sit facienda, tamen non obligat cum longe maiori proprio detrimento, ac tamen de confessione, quae licet iure divino sit ante sumptionem Eucharistiae praemitenda, tamen non obligat simpliciter in omnibus casibus. Ita Henriquez Valq. Suar. Sanch. Azorius, Becan. Laym. Atriag. Salas, Clavis regia, & plures alii apud Bonac. loc. cit.

113 Postremo, in iure humano dispensatio legislatoris, vel parent potestatem habentis, facta ex iusta causa excusat a transgressione praeepti, & ratio est, quia cum sit auctor suae legis, potest quemvis ab ea excipere; unde si Petrus obtenta dispensatione aliquid faciat, quod praecisa dispensatione peccatum esset excusatur a peccato, quia non facit contra legem cum per validam dispensationem ab obligationis legis exemptus fuerit; sed etiam dicendum si dispensatio sit invalida, quia per talem dispensationem nullus ab obligatione legis eximitur, & consequenter neque ab eius transgressione excusatur. Ita Doctores communiter, quis autem, quomodo, & quando valde possit dispensare constat ex dictis supra disp. 2. de legibus qu. 6. art. 2. ubi de cessatione legis per dispensationem tractavimus. Quare, ac cessante causa dispensationis, cessat dispensatio ipsa. Affirmant aliqui, sicut enim cessat obligatio legis, quando illius causa, & ratio cessat, ita asserunt dispensationem dicendum, quod eius causa cessante, ipsa quoque dispensatio cessat. Negant alii, quia per illam dispensationem verè relaxata est illa lex, ac ejus obligatio extincta, ac proinde reviviscere nequit, sed quod causa cessaverit. Verum l. c. diximus in hoc puncto cum distinctione, procedendum esse, ac media via incidendum; si dispensatione redacta ad actum irrevocabilem cessat tota causa non ideo cessat, vel vim amittit dispensatio, v. g. si dispensatio fuit in impedimento consanguinitatis propter paupertatem fornicis, licet contracto matrimonio divitiis obtineat, non est irritum, & idem est, si beneficium per dispensationem quis obtineat, & postea cessat causa, ob quam dispensatum fuit. At si dispensatio excusabat ab observatione alicujus praeepti, quod extenditur per tempus, v. g. jejunio in Quadragesima, vel ab horis Canonicis diurnis propter aegritudinem, tunc cessante causa, cessat quoque dispensatio, quia nimirum ab initio supponitur data durante causa infirmitatis, & pro singulari illis diebus, quibus durabat infirmitas.

QUESTIO SEPTIMA.

De Effectibus peccati.

119 Post completam tractationem de causis peccati, nunc de ejus effectibus agendum est, certum enim est ut colligitur ex pluribus S. Scripturae locis, ac Patrum testimonio peccatum aliquos habere effectus; quosvis enim peccatum pro formalis sit nihil, aut privatio; pro materiali tamen actum positivum importat, & ita ratione illius aliquid potest habere effectum; immo etiam pro formalis inspectum adhuc aliquos potest habere effectus etiam non physice, saltem moraliter, ut ex dictis patet, de his igitur effectibus in praesenti quaestione breviter est dicendum.

ARTICULUS PRIMUS.

Quomodo sint peccati actualis effectus.

120 Primum certum est, ac de fide per peccata actualia, & personalia singularum amitti dona Dei gratuita, atque adeo effectum esse peccati donis gratuitis spoliare; ita per peccatum mortale amittitur gratia habitualis sanctificans, & Charitas, qui non sunt habitus, vel virtutes realiter distinctae, sed una, & eadem virtus, ut ex professo ostendimus l. 2. sent. disp. 7. de Justificatione q. 6. ex Scoto 2. d. 27. ubi statuimus gratiam habituales non esse habitum realiter à Charitate distinctum, sed tantum ratione, ita nimirum, quod quatenus nos Deo facit gratos dicitur gratia sanctificans, quatenus verò nos inclinatur, & pronos facit ad Deum diligendum Charitas appellatur, quod evidenter deducitur ex Conc. Tr. sess. 6. c. 7. ubi dicitur

hominem impium justificari dum per Spiritum Sanctum Charitas Dei diffunditur in corde ipsius, quibus verbis fieri mentionem de gratia sanctificante de se patet, quae per peccatum mortale amittitur; habitus verò fidei amittitur per peccatum infidelitatis, & habitus spei per peccatum desperationis. Quamvis autem per peccata venialia haec dona non amittantur, solum enim mortale est, quod ob sui gravitatem, gratiam, & amicitiam cum Deo solvit, & destruit, poenamque inducit aeternam; adhuc tamen per peccatum veniale, ut communiter docent Theologi servat charitatis minister, & aliqua temporalis poena inducitur. Rursus docent Theologi peccata actualia auferre, vel impedire plurima auxilia divinae gratiae, quae ad bene operandum conferri solent, quoniam illis per peccata obicem ponimus. Immo aliqui existimant peccata adeo augeri posse, ac multiplicari, ut Deus quibusdam omne auxilium denegat in perpetuum. Communis tamen, & vera Theologorum sententia est, ac divinae pietatis verè consona, peccatoribus quibuscumque quamdiu in hac vita morantur, auxilia ad poenitentiam sufficientia numquam denegari, ut diximus l. 1. sent. disp. 5. de divina praedestinatione, & reprobatione.

121 Secundum, certum est etiam effectum peccati esse mentis quamdam, & deformitatem, quam anima per peccatum contrahit, & quae transacto ipsius peccati actu in ea remanet, donec justificetur, ita expresse colligitur ex S. Scripturae Iosue 22. Uique in praesentem diem macula hujus sceleris in vobis permanet, Jerem. 2. Macula est in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Eccl. 5. Qui invenitur esse sine macula, & illis Scripturae locis, in quibus peccatores appellantur immundi, coinquinati, sordidi, & ex Patribus, qui eodem modo loquuntur. Conventum autem Doctores hanc maculam esse habituales peccatum, quod transacto actu peccati remanet in peccatore, & censetur durare, ac perseverare, quousque per poenitentiam deleatur, & dicitur habituales peccatum eo quod veluti habitualiter remanet in anima post peccatum actu commissum; unde peccatum istud habituales distinguendum est à vitio habitum, sed à prava illa inclinatione, & propensione, quae in anima generatur ex actibus peccati frequentatis, ac saepe repetitis, & ita remanet etiam postquam ipsa peccati macula per infirmionem Matth. 5. Qui dixerit fratri suo frater, non erit gehenna ignis, & Rom. 2. Tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Haec autem poena, cum iuste à Deo sit decreta, supponit peccatorem illa dignum esse, illiusque reatum, per peccatum incurritur; reatus verò poenae duplex est, unus dicitur reatus poenae aeternae respondens peccato mortali nondum remisso, alter est reatus poenae temporalis respondens peccato veniali, ut mortali jam delicto, pro quo nondum satisfactum est, unde patet omne peccatum inducere reatum poenae, non solum quo ad dignitatem, id est, quod omne peccatum sit poena dignum; sed etiam quo ad ordinationem voluntatis Dei, & deputationem ad poenam, hoc est, quod nullum peccatum absque sufficienti recompensatione relinquatur. Verum est tamen, ut notat Averfa q. 87. sec. 2. non omnia peccata de facto plebenda esse, quantum in se merentur, siquidem Deus ex sua misericordia peccata remittit, & homo etiam per Dei gratiam satisfact, ne patitur poenam pro peccatis alioquin sibi debitam, ut constat ex dictis inferius de Sacramento poenitentiae. Quare dicendum est nullum peccatum absque sufficienti recompensatione relinquendum esse; quia nimirum pro omni peccato, vel subire poenam oportet illi debitam, vel exhibere Deo satisfactionem pro poena aequivalentem, considerata etiam superabundanti Christi satisfactione pro peccatis omnibus, quae nobis est divina misericordia remittitur, & ratio est quia ordo divinae justitiae petit, ut nulla culpa absque poena, vel satisfactione proportionata relinquatur.

122 Tertio itaque ex dictis q. cit. art. 6. in declaranda vera, ac germana Scoti sententia de peccato habituali, in quod consistit macula habitualis, de qua est sermo, dicendum est formale constitutum peccatoris esse reatum quemdam, seu quamdam obligationem ex actu peccaminoso contractam, qua statim ac aliquis peccat, realiter obligatur ad poenam peccato correspondentem, quousque poena illa soluta fuerit, vel remissa. Ita clarissime loquitur Doctor 4. d. 14. quaest. 1. art. 1. qui modus loquendi, ut rectè intelligatur, neque Adversario nempe sensus fit vobis ad advertendum est, ut ibi diximus, quod per huiusmodi reatum, & obligationem ad poenam duo intelligi possunt, nempe vel ordinatio, & deputatio ad poenam, quae est denominatio extrinseca, aut relatio sumpta ab actu divinae voluntatis, quo peccatum ad actum peccaminosum procedentem deputatur ad poenam illi debitam, vel denominationem extrinsecam, aut relatio ab actu ipsi peccati praeterito de sumpta, quae est dignitas poenae, vel deputationis, ac ordinationis ad poenam, quatenus eo ipso, quod homo peccaverit, redditur dignus ex ipso actu peccati, quod ordinetur ad poenam. In primo sensu talis obligatio ad poenam dicitur simpli-

simpliciter, & absolute reatus poenae, ac in secundo sensu proprie dicitur reatus culpae, cui veluti passio consequitur ad ipsum actuale peccatum, & negat moraliter, vel habitualiter in peccatore etiam actu peccaminoso physice praeterito, quando dicitur Doctor l. c. statuit formale constitutum habituales culpae in reatu, & obligatione ad poenam peccato correspondentem, non loquitur de reatu primo modo inspecto, quo sensu simpliciter, & absolute dicitur reatus poenae, sed loquitur de reatu in secundo sensu, quo pacto dicitur reatus culpae, unde secundum Scotum macula, quae est alter effectus peccati, de quo hic loquimur, non consistit in obligatione ad poenam consequente actu divinae ordinationis, sed consequenter actum ipsum peccati, quae proinde dicitur dignitas poenae.

123 At obiciunt Adversarii, quod per habitum gratiae sanctificantis formaliter homo constituitur mundus, Sanctus, ac Deo acceptus; ergo per privationem illius erit formaliter immundus, & maculatus, & hoc est eorum praecipuum fundamentum.

Respondemus qu. cit. art. 2. gratiam posse dupliciter considerari, vel materialiter, ut est habitus quidam supernaturalis, vel formaliter sub ratione gratiae, quam formalitatem non participant, nisi quatenus per eam homo ordinatur ad Deum, ut ad finem supernaturalem, & habet ius ad gloriam; unde privatio contra gratiam in tantum est macula animae in quantum eam tali jure privatur, si autem tali jure privatur est macula animae, tantum magis ordinari ad poenam damnationis erit ejusdem macula; ita quoque ordinatio ad gloriam formaliter animae mundities, pulchritudo, & ordinatio ad poenam contra est immundities, & turpitudine, quoniam ex divina ordinatione humani modi formales effectus non exercentur modo, nisi mediante habitu gratiae, & eius privatione ideo dicebamus ibidem constitutionem gratiae materialiter saltem, & concomitanter ad constitutionem habituales culpae concurrere, non autem formaliter ob plures rationes l. c. adductas.

124 Quarto, praeter reatum culpae, in quo macula habituales consistit, est etiam alter peccati effectus, qui dicitur reatus poenae, ut patet ex modo dictis, certum est enim poenam aliquam peccatis hominum ex divina iustitia esse decretam iuxta illud Matth. 5. Qui dixerit fratri suo frater, non erit gehenna ignis, & Rom. 2. Tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Haec autem poena, cum iuste à Deo sit decreta, supponit peccatorem illa dignum esse, illiusque reatum, per peccatum incurritur; reatus verò poenae duplex est, unus dicitur reatus poenae aeternae respondens peccato mortali nondum remisso, alter est reatus poenae temporalis respondens peccato veniali, ut mortali jam delicto, pro quo nondum satisfactum est, unde patet omne peccatum inducere reatum poenae, non solum quo ad dignitatem, id est, quod omne peccatum sit poena dignum; sed etiam quo ad ordinationem voluntatis Dei, & deputationem ad poenam, hoc est, quod nullum peccatum absque sufficienti recompensatione relinquatur. Verum est tamen, ut notat Averfa q. 87. sec. 2. non omnia peccata de facto plebenda esse, quantum in se merentur, siquidem Deus ex sua misericordia peccata remittit, & homo etiam per Dei gratiam satisfact, ne patitur poenam pro peccatis alioquin sibi debitam, ut constat ex dictis inferius de Sacramento poenitentiae. Quare dicendum est nullum peccatum absque sufficienti recompensatione relinquendum esse; quia nimirum pro omni peccato, vel subire poenam oportet illi debitam, vel exhibere Deo satisfactionem pro poena aequivalentem, considerata etiam superabundanti Christi satisfactione pro peccatis omnibus, quae nobis est divina misericordia remittitur, & ratio est quia ordo divinae justitiae petit, ut nulla culpa absque poena, vel satisfactione proportionata relinquatur.

125 Quinto ad dignoscendum, quanta sit poena cuiusque actuali peccato divinitus decreta, cum distinctione procedendum est: est si enim de peccato mortali sit sermo, certum est, ac de fide unicuique peccato mortali poenam aeternam, tam damni quam sensus esse constitutam, & quidem de poena damni, quae in beatificae visionis privatione consistit, satis collat ex illo Matth. 8. ubi de reprobis, & peccatoribus dicitur, quod eiciuntur in cinerem exteriori, de poena vero sensus ex eodem S. Mat. 15. Ite maledicti in ignem aeternum, de qua poena fere tractavimus lib. v. c. 4. de Damnationibus q. 6. ubi etiam advertimus, quod cum in S. Scriptura dicitur, poenam aeternam cuiusque peccato mortali esse constitutam, non solum de perpetuitate ipsarum poenarum quantum ad durationem, & extensionem id est intelligendum, sed etiam de earumdem poenarum intensione, & immutabilitate, ita ut nullam eorum immutationem damnati unquam habeant, ut nullum dicitur ex illo Isaia c. ult. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Quae vero ratione iuste Deus ob unicum peccatum mortale, quod aliquando brevissimum, & quae momentaneum est, poenam aeternam decreverit,

& statuerit jam declaratum est l. d. 6. de peccatis q. 7. a. 2. n. 197. ex Scoto 3. d. 19. q. un. ad 3. & 4. d. 50. in fine, ubi ait poenam peccato mortali correspondentem non esse infinitam intensivè, sed extensivè, & quo ad durationem tantum, neque infinitae poenae duratio responderet peccato mortali ex propria natura, inquit Doctor, quia posset Deus absolute loquendo aliquid peccato mortali infligere poenam, quae sit tantum durare per momentum adhuc sufficienter peccatum puniret, sed hoc accidit ex ordinatione divina sic disponente, quia enim culpa, & peccatum durat in obstinata damnatorum voluntate, ideo quoque poena durat, ut docet D. Augustinus, de fide ad Petrum circa medium dicens; permanente in eis iniusta afflictionis malo, poena nec nisi iusta retributionis demeritio. Hoc autem non ita intelligendum est, ideo damnatos aeterna poena puniri, quia actu demerentur, postquam sunt in termino, neque quod actu puniantur propter illam malam voluntatem, cum enim sint in termino, non sunt in statu nec merendi, nec demerendi, sed ita intelligi debet ut, ibi explicavimus, quia quando erant in via, fuerint in causa, ut quantum esset ex se ipsis, in tali statu semper permanerent, unde duratio illa in aeternum in peccato est voluntaria in causa, dum voluntarie decesserunt in tali statu, in quo poenitentiam agere non possunt, & ideo proportione servata etiam poena est in aeternum duratura, quod Doctor in 4. d. 46. q. 4. ad 2. explicat exemplo de servo se in foveam proiciente, & qua non possit nisi Domini auxilio exire, sic enim quantum est ex se voluntatem habuit interpretativam manendi poenam in tali statu. Solet etiam alia ratio assignari aeternitatis poenae, & est quia maxime expedit, ut peccata graviora, qualia sunt mortalia, vitentur, si enim esset spes finis poenae, non multo curarent homines de illa. Ita discurremus loc. cit.

126 Denique si de peccato veniali sit sermo, certum est de fide peccata venialia iustorum, neque in hac vita, neque in futura punienda esse poena aeterna, sed solummodo temporalis, sicut etiam de fide certum est homines iustos in accepta iustitia usque ad mortem perseverantes aeterna beatitudine non esse privandos. Solum est difficultas de peccatis illis venialibus, cum quibus peccatores, & reprobi ex hac vita decedunt, an, scilicet veniale mortali coniunctum puniatur in Inferno poena aeterna. Affirmant Thomistae cum D. Th. qu. 87. ar. 5. ad 3. poenam illam fore aeternam, non tam ratione gravitatis, quam irremissibilitatis ipsius peccati venialis ratione conjunctionis cum mortali, cum in Inferno nullus neque remissionis, neque redemptionis sit locus. Negant Scotistae cum Scoto 4. d. 15. qu. 1. & d. 21. qu. 1. afferentes peccatum veniale sive in hac vita dimissum quo ad culpam, sive non sola temporali poena etiam in Inferno puniri, licet cum mortali coniunctum, atque ideo veniale in Inferno dimitti posse, nedum quo ad poenam, sed etiam quoad culpam. Hanc quaestionem ex professo tractavimus l. d. 6. c. 7. ubi statuimus peccata venialia in Inferno non puniri poena aeterna sensus, sed tandem eorum poenam finire, & quidem de veniali in hac vita remisso quo ad culpam, non verò quo ad poenam, hoc docet etiam D. Th. 4. d. 22. q. 1. ar. 1. & ratio est, quia qui solvit rem, quam debet, a debito illius omnino liberatur; ergo damnatur, qui totam temporalem poenam veniali correspondentem patitur in Inferno, verè liberatur a debito illius poenae, cum, passione illius solvat, & patitur totum, quod solvere, & pati debebat. Nec obstat, quod in peccato mortali existat, quia Deus semper punit citra condignum, & esse quod secundum rigorem iustitiae puniret ad condignum, in omnino iustis esset aeternam poenam infligere pro veniali in hac vita remisso, cui secundum se poena temporalis deberetur. Idem dicendum est etiam de peccato veniali non remisso quo ad culpam, scilicet non puniri aeterna poena sensus, quia peccatum veniale, quamvis non remissum quoad culpam, tantum est dignum poena temporalis, & determinata quam verè solvit qui patitur in Inferno, & passione illius temporalis poenae extinguatur debitum, seu dignitas illius poenae.

127 Neque obstat, solutionem poenae apud Deum debere esse satisfactoriam, passionem autem poenae debite damnatorum in Inferno satisfactoriam non esse apud Deum; illas in hac vita per realitates impatienter toleratas poenam restantem ex peccatis remissis quoad culpam solveremus. Non obstat, inquam quia etiam passione non satisfactoria quod potest apud Deum solvi poena imò, & punitivitas in hac vita etiam impatienter toleratis, si in punitionem peccati a Deo immitruntur, & ordinantur, l. c. late ostendimus. Sensus verò illius catholici axiomatis, quod in Inferno nulla est redemptio, ut etiam ibi diximus a. 2. est, quod nulla est spes inde evadendi, sive, ibi aliquid veniale remitti possit, aut aliqua poena venialis, etiam mortalis jam hic dimissa, sive non. Alias verò objectiones contra hoc nostrum assertum vide solutas l. c. ubi etiam differimus, an veniale in Inferno remitti possit nedum quoad poenam sed etiam quoad culpam, quod est difficultus.

ARTICULUS PRIMUS.

De prioribus peccatis capitalibus.

137 **P**rimo inchoando à superbia recolendum est, quod diximus 2. sent. disp. 3. q. 4. a. 1. ex Scoto 2. d. 6. q. 2. superbiā dividi in propriam, & impropiam, seu late dictam superbiā propriē dictā est immoderatus affectus propriē excellentiæ ad alios relatæ, quibus aliquis præfere, vel antecellere cupit, quod ex ipso nomine superbiæ clarè deducitur, superbiere enim idem sonat, quod velle super alios ire, unde propriē definitur, quod sit appetitus propriæ excellentiæ super alios, alio vero modo magis communi, & vulgari superbiā appellatur quæcumque nimia complacentia sui, quam aliquis habet cum magna æstimatione illius perfectionis, quam in se videt, & amat, quo pacto exponit Doctor Augustinus 13. de Civit. Dei c. 13. dicentem, quod sibi placens immoderātè dicitur superbus, negat itaque Scotus effectum nimie complacentiæ sui ipsius esse superbiā propriē dictam, sed vocat illum luxuriam quamdam spirituale, quæ proprio nomine Philanthia dicitur, & lato modo superbiā etenim superbiā propriē dicta supra amorem sui inordinatum addit relationem præcellendi alios, quæ distinctio omnino necessaria est, ut ibi dicebamus, ad distinguendas formalitates horum vitiorum, siquidem vitia propriē distinguuntur per virtutes, quibus opponuntur, cum igitur humilitas explicetur per hoc quod quis se aliis minorem existimet, & velit aliis subici, ita è contra superbiā propriē dicta includit præstantiam relationem excellentiæ super alios, atque idem appetitus immoderate excellentiæ sine relatione ad alios, quibus aliquis præfere desideret, non exprimit formalitatem propriam, & specificam superbiæ, quæ dicitur ambitio, sed tantum genericam, & communem. Quo autem modo sumpta ex duobus assignatis hoc primum peccatum capitale constituit, non omnes convenire videntur, etenim ut refert Alesanus noster lib. 1. tit. 51. Ihdorus, & Cassianus hoc primum peccatum capitale statunt superbiā præse, & propriē sumptam, at D. Greg. loc. cit. statuit superbiā latius, & genericè sumptam, prout est inordinatus amor propriæ excellentiæ præcisa relatione ad alios quibus aliquis præfere desideret, & ita communiter Theologi sentire videntur, qui hoc primum capitale peccatum definiunt, quod est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ simpliciter, & absolute loquendo, & dicitur superbiā sic sumptam esse peccatum mortale ex objecto, & ex genere suo; aliquos tamen superbiæ motus esse veniales propter eorum imperfectionem, dum, scilicet, eis ratio non consentit, vel ex alia circumstantia, & ita etiam ex nostris sentire videtur Nicolaus de Orbellis 2. d. 42. ubi de his septem vitiis capitalibus tractat.

138 Secundo superbiæ hoc modo sumptæ, licet plures soleant assignari species, tres tamen sunt præcipue, quæ & filii superbiæ appellari solent, quatenus ab ea originantur, ut videre est apud Orbell. l. c. Layman, Toletum, Saccum, Busembaum, & alios passim. Prima est vanagloria, id est, cupiditas inanis gloriæ, vanus enim gloriosus vult propriæ excellentiæ manifestationem, sive veram, sive fictam, unde appetitus excellentiæ movet ad inanem gloriam, & sic oritur ex superbiā; vane igitur gloriari est inordinatè appetere propriæ excellentiæ manifestationem cum laude indebita, & immerita, hanc enim gloriam appetere, quando excellentia est vera, non est ex se malum sed indifferens, autem malum, cum appetitur inordinatè, unde hoc peccatum est tantum veniale ex genere suo, ut docet D. Thom. qu. 122. art. 3. & ratio est, quia per hoc vitium intrā suos terminos contentum nec Deo, nec proximo gravis irrogatur offensa; sit tamen sæpe mortale per accidens, scilicet, vel ratione materiæ, si v. g. gloriatio sit de re moraliter mala, vel ex fine malo, vel cum notabili damno proximi, qualis fuit iactantia Pharisæi. Luc. 18. cum dixit non sum sicut ceteri homines, raptores, adulter, & similes publicanus, quod animadvertione dignum est, propter frequentiam harum comparationum; quæ communiter sunt. Secunda species, seu filia superbiæ est presumptio, quæ est appetitus aggrandiendi aliquid supra vires, cum enim homo vult dicere, vel facere supra id, quod potest, dicitur presumptuosus, ut, v. g. quis presumat dignitatem Ecclesiasticam, potestatem Ordinis Sacri, item officium Medici, Advocati, Confessarii &c. sine debita peritia, & licet hoc peccatum veniale sit communiter, sit tamen mortale, si damnum Deo, aut proximo afferatur ut in exemplis allatis, peccat etiam mortaliter, qui aliquid præsumit cum periculo probabili proprii gravis damni corporalis, vel spiritualis, ut cum quis equum ferocem ascendit, vel pondus immodicum subit, & similia facit suas vires excedentia; item cum se exponit periculo peccandi, ut qui cognoscens se proclivem ad venerea præsumit cum

femina loqui, & cum ea sola habitare, est enim sic presumere Deum tentare, ut docent Navarrus, Toletus, & alii Summi. Tertia species est ambitio, quæ communiter definitur, quod sit inordinatus appetitus dignitatis, & honoris non debiti, ut si ambias beneficium, vel officium, quo es indignus, unde dicitur ex genere suo esse tantum veniale peccatum, & ex circumstantia externa fieri mortale, ut si beneficium ambias illicito modo, & medio v. g. per simoniam, vel officium in Republica ad damna ferenda. Ita Navarr. Tolet. Fernandè, Busembaum, & alii passim. Verum cum ambitio sit superbiā propriē sumpta, & inordinatus appetitus honorum, & dignitatum ad præcellendum aliis sicut humilitas, quæ illi opponitur, definitur per hoc, quod quis se aliis minorem existimet, & velit aliis subici; & hoc modo peccato ambitio, cum sit superbiā propriē dicta, censeri debet ex genere suo, & veniale tantum ex circumstantiis; cum enim distinctio, & gravitas peccatorum sumatur ex oppositione ad virtutes, quarum rectitudine privant, & ambitio, cum sit superbiā propriē dicta, opponitur humilitati, quæ principalis est virtus inter morales, consequenter censenda est peccatum mortale ex genere suo, & non tantum veniale, nisi ex circumstantiis.

139 Tertio, Avaritia definitur, quod sit inordinatus divitiarum appetitus, seu immoderatus amor habendi, quod ita declarat Nicolaus de Orbellis l. c. quod si amor ille sit tantus, ut propter ipsum non vereatur homo facere contra amorem Dei, & proximi, putā alienum inultè surripiendo, vel detinendo, seu ad hæc deliberatum voluntatem habendo, erit peccatum mortale; si autem inordinatus amor infra hæc sitat, ut scilicet, homo, quamvis superfluo divitiis amet, non tamen propter ipsas velit facere aliquid contra Deum, & proximum, sic avaritia est tantum peccatum veniale, & hoc est, quod sub aliis verbis docet Tolet. l. 7. tract. de septem peccatis mortalibus c. 25. ubi ait, quod ad cognoscendum, quia peccatum sit avaritia, opus est considerare, & distinguere, quando contra iustitiam exercetur, vel contra liberalitatem, quando enim est contra iustitiam, ut cum pecunia effectu qui retinet alienum, aut aliquam iniustitiam accipit, mortaliter peccat, nisi oblitivitate materiæ, vel ob defectum deliberationis a morali excoletur, tunc enim tantum venialiter peccat. Quando vero est contra liberalitatem, tunc ex se veniale peccatum est, quamvis fiat mortale, cum opponitur præcepto charitatis; quod tunc contingit, quando ex tali divitiarum immoderato affectu succurrere indigentem recusat posito in extrema, aut gravi necessitate, tunc enim hoc obligatur ex præcepto charitatis, & ita etiam dicitur ex nostris Alesan. l. 2. tit. 30. ubi querens, an avaritia sit peccatum mortale, respondet esse mortale, quando opponitur iustitiæ, sic enim ad avaritiam pertinet iniuste alienum accipere, vel retinere; quando autem opponitur liberalitati, sic dicit inordinatum amorem divitiarum, qui si crescat tantum quod propter ipsum non vereatur quis facere contra amorem Dei, vel proximi, erit mortale, si autem infra hoc sitat, est veniale.

140 Quarto ex avaritia plura oriuntur vitia, quæ ejus filie dicuntur, ut notat Alesanus Orbellius ex D. Gregorio loc. c. scilicet proditio, fraus, fallacia, perjurium, inquietudo, violentia, & obduratio contra misericordiam. Rationem reddunt, quia cum avaritia sit immoderatus amor divitiarum, avarus in duobus excedit; primo namque superabundat in retinendo, & sic ex avaritia oritur obduratio contra misericordiam, quia, scilicet, cor ejus misericordia non emollitur, ut de suis divitiis subveniat miseris; secundo ad avaritiam spectat superabundantia in accipiendo, & secundum hoc, avaritia potest considerari dupliciter, uno modo secundum quod est in affectu, & sic ex avaritia oritur inquietudo, in quantum ingerit homini sollicitudinem, & curas superfluas, avarus enim non imploratur pecunia Ecclesiasticam. l. 2. tit. 30. alio modo potest considerari in effectu, & sic in acquirendo aliena quandoque vitium, quod pertinet ad violentias, & rapinas, quandoque autem deceptione, seu doloque quidem si fiat verbo, erit fallacia quantum ad simplex verbum, quod ipsum vero si addatur iuramentum confirmatione, si autem dolo committitur in opere, tunc aut quantum ad personam, & sic est proditio, ut patet de Juda qui ob avaritiam prodicionem commisit in Christum, quantum vero ad res, erit fraus, vel furtum, & ita etiam posteriores Summi Nav. Tol. Saccus, Busembaum, & alii has avaritiæ filias explicant, & declarant. Advertit autem Orbell. loc. c. prædicta vitia ex avaritia pullulantia appellari ejus filias, & non species, quia aliud est peccatum habere species, & aliud habere filias, licet enim aliud quando species, & filii in idem concurrant, siquidem species vitii capitalis ad idem genus pertinet, filii tamen plerumque ad aliud genus pertinent, cum unum vitium oriatur ex alio, & vitium

tium oppositum tui virtuti oritur ex vitio opposito alteri virtuti, sicut odium Dei, quod opponitur charitati, oritur ex luxuria, quæ opponitur castitati, & perjurium quod opponitur religioni, oritur ex avaritia. Subdit tamen, quod aliquando idem vitium oritur ex avaritia, & species eisdem vitii, sicut in proposito fraus non potest filia, & species eisdem vitii, sicut in proposito fraus non potest filia avaritiæ, cum ex ipso oriatur, & est etiam ejus species, cum sub ipso continetur, & sic etiam de avaritia dicitur ex nostris Nicolaus de Nise tr. cit. de septem vitiis q. 7.

141 Quinto, luxuria est vitium capitale, quod committitur, cum homo utitur venereis præter debitum ordinem rationum, proinde definitur, quod est appetitus inordinatus venereorum, quorum usus cum ex natura sua sit institutus ad humani generis conservationem, quod est magnum bonum hominum, & exterius Dei, proinde qui eo abutitur Deum lædit, & homines, & ideo ex genere suo est peccatum mortale, & unus septem species numerari solent, ut notat Alesanus lib. 1. tit. 31. & lib. 2. tit. 46. nimirum Fornicatio simplex, Adultrium, Stuprum, Rapus, Incastus, Sacrilegium, & Peccatum contra naturam, quibus clarioris gratia addi solet Impudicitia, quæ consistit in actibus, & peccatis impudicis, & verbis obscenis, ac similibus extra matrimonium, de quibus fuscè tractavimus disp. 11. q. 7. de sexto Decalogi præcepto, & q. 10. de nono, & decimo Decalogi præcepto unde hic solium restat agendum de filiabus luxuriæ, quæ ab Ales. Orbell. Nicol. de Nise, & alii passim octo assignantur ex D. Greg. l. c. scilicet, cecitas mentis, inconsideratio, inconstancia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, horror, sive desperatio futuris, quæ sic intelligi debent, quod cecitas mentis est, cum quis ad additio est turpitudini, ut de coelestibus non cogitat; præcipitatio, quæ quæ eadem causa sine consilio operatur, inconsideratio, quando in modo delinquit inconsideratè agens, quæ statum, vel personam dedecet; inconstancia, quando quis ex eodem affectu voluptatum ad piis propositis modo deficit, & hæc quatuor priores sunt mortales, quando ultimus finis in creatura ponitur, vel præceptum aliquod Dei graviter obligans prætermittitur, & se tenent ex parte intellectus. Alia vero quatuor posteriores se tenent ex parte voluntatis, nempe amor sui, talis animo homo ob voluptates carnis seipsum finem constituit sibi futurum actionum, non Deum. Odium Dei, lascivus enim ad verbum divinis abhorret se, sed ab ipso Deo, utpote peccatorum vindicte affectus præsentis sæculi, quia voluptatum carnalium amor ita animum efficit, ut etiam gratia beatitudinis renunciare paratus esset, si præsentibus frui semper permitteretur. Horror futuri sæculi, quando voluptatibus immerfus mortem inordinatè timet, & de ea cogitare nolens vitam illicitis mediis prolongare studet, & hæc quatuor posteriores, si plenus sit voluntatis consensus, per se sunt mortales; ex indeliberatione vero, vel alia actu imperfectione sunt veniales. Ratio autem sufficientie hujus numeri statum luxuriæ videri potest apud Orbellium, & Nicolaum de Nise loc. cit.

142 Sexto, Invidia est tristitia de alieno bono, prout illud est diminutum propriæ excellentiæ, sed in quantum tale bonum minuit excellentiam invidentis hoc enim vitium, & desiderium salium carere tali bono, quia per illud nos excellit, quare invidere ex vi nominis idem importat, quod non velle videre, volumus enim non videre, tam ipsum, qui invidemus, quam bonum, quod invidemus unde invidia est directè contra charitatem, hæc enim gaudet de bono proximi, quod invidia destruit, & non destructum dolo, & ideo est peccatum mortale ex genere suo, cum bonum, de quo trillatur est grave, & cum liberè, ac scienciter in talem tristitiam consentimus; quod non tantum additur, quia sunt etiam interdum primi motus invidiæ in perfectis viris ex surreptione infurgentes, qui sunt veniales, & simile est de invidia parvulorum, in quibus non est usus alius habet tale bonum, sed quia non est zelus, ut ait Arist. 2. Rethoricæ, & si sit de bonis honestis est laudabilis illud Corint. 13. *Zemulamus charitatem melioris*; unde talis tristitia vocatur à Patribus invidia sancta. Ita Alesan. lib. 2. tit. 63. Orbell. & Nicol. de Nise l. cit. qui advertunt, quod licet invidia oriatur ex inani gloria, dicit enim Philosophus 2. Rhetor. quod amatores honoris, & gloria magis invident; adhuc tamen hoc non obstant ponitur unum de vitiis capitalibus, non enim est contra rationem vitii capitalis, quod ipsum ex alio oriatur, sed quod non habeat aliam rationem principalem producendi ex se multa genera peccatorum.

143 Denique Invidiæ quinque assignantur filie ex D. Greg. l. c. quæ sunt odium, furtivitas, detractio, exultatio in adversis proximi, & afflictio in prosperis, quæ sunt numeri rationem, & sufficientiam assignat Orbell. l. c. ex Alesan. quia omnis invidia aut est in affectu, aut in sermone, aut in opere; si in affectu, sic est

odium; odire enim proximum est esse stare ejus malum, & hoc dupliciter, quia si sit affectio mali poenæ propter vindictam habendam, sic odium id tam pertinet; si autem sit affectio mali damni, sic pertinet ad invidiam, quia enim invidus de bono proximi trillatur, ad hanc tristitiam tollendam movetur ad desiderandum, quod proximo illo bono careat; si autem sit invidia in sermone, tunc aut ille sermo ordinatur ad discordias seminandas, & sic est furtivitas; aut ad famam proximi tollendam, & sic est detractio; si autem sit in opere, aut est respectu adversitatis proximi, quam desiderat, & procurat, & sic est exultatio in adversis; aut respectu proprietatis, & sic est afflictio in prosperis, quando nimirum prospera veniunt proximo contra conatum invidentis ea impedire nitentis. Neplus autem de Nise hujus numeri sufficientiam sic assignat, quia in conatu Invidiæ est aliquid, tamquam principium, aliquid tamquam medium, & aliquid tamquam terminus; principium est, ut aliquis minus gloriam alterius, vel in occulto, & sic est furtivitas, vel manifestè, & sic est detractio; medium autem est quia aliquis intendens minuire gloriam alterius, aut hoc potest, & sic sequitur exultatio in adversis; non potest, & sic est afflictio in prosperis; terminus autem est in ipso odio, quia sicut bonum delectans causat amorem, ita tristitia causat odium. Alia plura de Invidia videri possunt apud Vulpium nostrum tom. 2. par. 3. d. 59.

ARTICULUS SECUNDUS.

De quæstis peccatis capitalibus.

144 **P**rimo, ulterius procedendo ad cætera peccata capitalia, & loquendo de ira certum est hanc esse passionem quamdam, & ideo definitur, quod sit inordinatus vindictæ appetitus, unde si ordinatè appetatur vindicta, non est peccatum ira, ut cum Superiores irascuntur culpis subditorum, eosque puniunt, seu vindicant. Notant autem Nicol. de Nise, & Orbell. l. c. motum iræ posse esse inordinatum dupliciter, primo ex parte objecti, seu appetibilis, ut si quis appetat vindictam injustam, seu ob injustam causam, vel iusto majorem, ut optando inimico mortem, quam non meretur, vel propria auctoritate exequenda vel denique licet vindicta sit iusta, non tamen eam appetit propter debitum finem ut propter justitiæ conservationem, aut peccantium prohibitionem, vel aliorum quietem, sed ut satisfiat animi sui malevoli, & sic ira de genere suo est peccatum mortale, quæ charitati, & justitiæ contrariatur; potest tamen contingere, quod talis appetitus vindictæ sit peccatum veniale propter imperfectionem actus, quæ quidem imperfectione contingere potest, vel ex parte appetentis, puta cum motus iræ usum rationis prævenit, vel ex parte appetibilis, puta cum quis appetit in aliquo modico de vindicare, quod nempe est ita parvi momenti, ut si etiam actualiter inferatur, non est peccatum mortale, puta si quis parum trahat aliquem puerum per capillos, vel aliud hujusmodi. Alio modo potest motus iræ esse inordinatus quantum ad modum irascendi; quia, scilicet, nimis ardentè irascitur, vel iram suam manifestat exterior per signa, & sic ira secundum se non habet rationem peccati mortalis, sed ex genere suo est veniale; potest tamen fieri mortale ex accidenti, ut si addatur blasphemia, maledictio, scandalum, & similia.

145 Secundo assignant Doctores nostri supradicti sex iræ filias ex D. Greg. l. c. quæ sunt rixa, tumor, mentis contumelia, clamor, indignatio, & blasphemia, quæ sunt numeri rationem, & sufficientiam hoc modo reddunt, ira namque tripliciter considerari potest. Primo modo secundum quod est in corde, & sic ex ea duo vitia nascuntur, primum est indignatio, in quantum quis reputat eum, contra quem irascitur, indignè sibi tale quid fecisse; aliud est tumor mortis, in quantum quis animum suum implet diversis cogitationibus diversas excogitando vindictæ vias, unde licet timor mentis aliquid pro inflatione superbiæ accipiat, non tamen in proposito, sed sumitur pro quodam conatu, sive audacia hominis vindictam intendentis. Secundum modo consideratur ira secundum quod est in ore, & sic ex ira duplex vitium procedit, primum dicitur clamor, in quantum aliquis inordinatè, & confusè loquendo iram suam demonstrat; aliud autem vitium est, secundum quod quis in verba injuria prorumpit, quæ quidem si sint contra proximum peccatum illud dicitur contumelia; si vero sit contra Deum dicitur blasphemia attribuendo Deo, quod non est ei attribuendum, vel negando ab eo, quod est ei attribuendum, blasphemiam etiam Sanctorum redundat in Deum, Tertio modo consideratur ira secundum quod procedit usque ad factum, & sic ex ira oriuntur rixæ, per quas intelliguntur omnia nocumeta, quæ de facto proximis inferuntur ex ira. Itaque de his iræ filiabus dicitur Busemb. l. 5. c. 3. d. 6. cum Tol. Balde. Bon. & alii Summi, ubi etiam advertit ad discernendam earum malitiam, quod indignatio, quæ est inordinatus affectus ex eo, quod quis reputet indignè se ab alio

tractari, communiter est veniale, imò si ex iusto rationis iudicio procedat, nullum est peccatum, possit tamen esse mortale, si cresceret usque ad deliberatum odium, & contempnum personæ gravem. Tumor mentis, quo quis mox rosè diverfas, & iudicæ vias excogitat, & his cogitationibus animum tumefacit, quale peccatum sit, ex qualitate iudicæ, quæ excogitatur. Judicandum est. Clamor, cum iratus vocem extollit, multa inordinatè, & confusè effundens, est veniale communiter, nisi aliud addatur. Blasphemia ex communi omnium consensu est mortale, ut dicitur in dist. 11. de præceptis Decalogi q. 3. art. 1. Contumelia qua quis proximo malum aliquid obicit, est ex genere suo mortale, si fiat cum intentione illum inhonorandi; quod notanter additur; quia animo corrigendi, & humiliandi potest Superior obicere subito verbum aliquid contumeliosum quomodo Christus Apostolos vocavit stultos, & Apostolus Galatas infensatos, in quo tamen peccari potest, si modus debite correctionis excedatur, vel subditus gravius dehonoretur, quam per delictum meruit. Rixæ tandem, si modum non excedant, sicut Leviculæ pugna, veniales sunt; sed si progrediantur ad seditiones, vulnèra, & cædes; sunt que hæc communiter peccata ex parte inchoantis rixam; id est enim potest se defendere cum moderate inculpate tutelæ. Vide Arist. lib. 2. tit. 49. art. 3.

146 Tercio, gula est inordinatus appetitus cibi, & potus, opponiturque virtuti temperantiæ, & sobrietatis, & conveniunt DD. esse peccatum veniale tantum ex genere suo, quia præcisè sumptum non repugnat charitati Dei, vel proximi; quia verò ex circumstantiis mortale fieri potest, ad differendum quando sit veniale, & quando mortale, notandum est ex Nicolao de N. e loc. cit. quod si talis appetitus cibi, & potus possit esse inordinatus dupliciter uno modo per carentiam ordinis debiti circa finem ultimum, quia nimirum ab eo avertit, puta cum quis delectationis gule inhæret, tamquam ultimo fini, & eam præfert divine dilectioni juxta illud Pauli, *quorum Deus venter est*, & sic est peccatum mortale. Alio modo potest esse talis appetitus inordinatus per carentiam ordinis in modo appetendi tantum, puta, cum quis nimis ardentem delectationem ciborum concupiscit, aut etiam aliquo excessum; sic tamen, quod propter hoc nihil agere vellet contra legem Dei, & tunc est peccatum veniale tantum; potest autem hic excessus, vel inordinatio quingue modis committi, ut Aristoteli avertit lib. 2. tit. 42. ex D. Greg. l. c. nimirum, si edas ante tempus, si nimis exquisita, si plus iusto, si voraciter, si nimis exquisitè præparata, qui quinque modi continentur in hoc versu, *si præparatis, nimis, ardentè, suavitè, & nullo ex his modis gula est peccatum mortale*, quia nullus horum modorum repugnat præcisè charitati Dei, vel proximi, sit tamen peccatum mortale, ut Fernandez avertit par. 4. c. 2. §. 6. primo, quando in ea ponitur ultimus finis, ut dicitur esse quando, cum eduntur prohibita à leges tertio, cum ex cibo, & potu oritur grave damnum corporis, veluti agritudo, vel damnum animi, veluti peccatum mortale, veluti agritudo, veluti scandalo Paulus dicebat, se nunquam manducaturum carnes, si sceler fratrem inde scandalo offendi. Quarto, tandem propter ciborum qualitatem, quos nimirum natura non erexit ad esum, vel potum hominum, qualis est caro humana, & sanguis humanus, ut docent Cajetanus, Navarrus, Toletus, & alii passim.

147 Quarto, circa ebrietatem, an sit peccatum, notandum est cum Aristoteli nostro lib. 2. tit. 43. ebrietatem dupliciter sumi posse, uno modo pro defectu, qui provenit ex nimia vini potatione, & sic est peccata consequens ex culpa; alio modo pro actu, quo quis in tale incidit defectum, & ille actus dupliciter adhuc ebrietatem causare potest primo ex vini generalitate præter opinionem bibentis, & sic potest esse sine peccato jussu modo ex inordinata concupiscentia, & usu vini, & sic est peccatum; unde malitia ebrietatis plena, & perfecta in eo consistit, quod quis sine iusta, & gravi causa, tantum volupstatem, aut in-glivium, sciens, & volens privet se usu rationis, qui necessarius est ad peccata declinandam, & opera virtutum exercenda, privet, inquam, se usu rationis non simpliciter, ut sit in somno modo naturali insensu ab auctore naturæ ad vitium, & vitæ consecrationem; sed volens, & modo in naturali rationem perturbando in modum amentis bruti; quare ebrietas, qua prædicto modo ratio plene sopitur, est ex genere suo mortale, & de facto est mortale, cum advertit, quod potus est potens inebriare, quia per ebrietatem se privat proxima potestate utendi ratione ad omnem finem necessitatem, quando verò non advertit, tunc potest esse cum peccato veniali. Ita etiam de ebrietate dicitur Orbellius loc. cit. ubi ait aliquem tripliciter inebriari posse, uno modo ita quod nesciat potum esse inmoderatum, & inebriare potentem, puta qui ignorat vini fortitudinem, & inebriare potentem, & sic ebrietates potest esse sine peccato, ut patet de ebrietate Noe in lib. Genesim; alio modo hæc, quod aliquis percipiat

potum esse inmoderatum, non tamen æstimat esse sufficientem, & potentem ad inebriandum, & sic ebrietates potest esse cum peccato veniali. Tertio modo contingere potest, quod alibi bene advertat potum esse inmoderatum, ac etiam ad inebriandum potentem, & sufficientem, & tamen magis vult ebrietatem incurere, quam à potu abstinere, & talis inebriatur peccat, cum sciens, & volens usu rationis se privet, & periculo peccandi graviter se exponat. Cum autem gula sit vitium capitale, quæ potest attendi secundum inordinatam emissionem quarumlibet superfluitatum, vel specialiter quantum ad emissionem feminis, quæ si voluntaria sit, est peccatum mortale; multiloquium; & hebetudo mentis circa intelligentiam, scilicet, propter sanofitates ciborum caput perturbantes, quas gula filias eodem etiam modo explicat Layman, Less. Baldel, Escob. & alii passim.

148 Quintò, ad explicandum ultimum capitale peccatum, quod est aecidia, ait Orbellius l. c. & Aristoteli lib. 2. tit. 36. quod aecidia secundum Damascenum est quedam tristitia aggravans, quæ, scilicet, ita deprimit animum hominis, ut nihil ei agere liceat, unde aecidia importat quoddam tedium operandi juxta illud Psalm. 118. *Dormitavit anima mea pro teo*; hic tamen specialiter accipitur, ut significat tristitiam, seu fastidium spiritus boni, unde communiter definitur solet cum D. Tho. 2. 2. q. 35. art. 2. quod est fastidium spirituum rerum, & idè dicitur repugnat effectui charitatis, qui est gaudere de bono spirituali, ex quo sequitur secundum suum genus esse peccatum mortale. Hic tamen advertendum est cum Nicolao de Nise l. c. q. 4. quod peccata, quæ ex genere suo sunt mortalia, non sunt mortalia, nisi quando suam perfectionem, seu suum esse complectuntur consequuntur, est autem consummatio peccati in consensu rationis, unde si desit rationis consensus, tunc propter imperfectionem actus peccatum est veniale; quare est regula generalis, quod in quoque genere peccati consensus inordinati motus abique consensu rationis expulso, vel interpretativo rationis peccati mortalis habere non possunt; motus ergo aecidie in proposito, quando est propter repugnantiam carnis ad spiritum si ratio sibi non consentit, est peccatum veniale; imò si ratio viriliter derelicta, nullum penitus est peccatum, sed materia exercende virtutis, quod etiam est intelligendum in omni genere peccati; si verò motus aecidie habeat consensum rationis ita quod voluntas deliberatè fugiat, & horreat, ac quasi derelictur bonum divinum, & spirituale, carne omnino contra spiritum prævalente, tunc manifestum est, quod aecidia est peccatum mortale. Hinc deducunt Navarrus, Sylvester, Toletus, Fernandez, & alii Summissè verb. *Aecidia* cum peccare mortaliter, qui fastidiosus vitæ, & ærummarum deliberatè optat se nunquam fuisse natum, aut conceptum, vel potius esse brutum animal, quam hominem; si quis tamen alicuius tristitia ex eo, quod implere tenetur opus laboriosum spirituale sibi injunctum, ut jejunare, horas Canonicas recitare, Sacrum audire, & similia opus tamen faceret, hoc est, jejunare, Sacrum audire, & dicunt, quod non peccaret. Et hæc omnia Scoti doctrinæ sunt conformia, qu. 2. d. 6. q. 1. & d. 42. q. 5. in parte sensitiva hominis ponit aecidiam vitium capitale in quantum partem intellectivam inclinat, trahit, & allicit ad peccamina osè cõtemnen lum, negligendum, vel appetendum bona spiritualia necessaria, vel utilia ad Deum super omnia diligendum, & ad vitam æternam promerendam; & cum hæc omnia concedat Vulpes l. c. disp. 68. non video, quæ ratione posse à ibi neget art. 3. aecidiam ex proprio genere contrariari charitati, & ex genere suo esse peccatum mortale.

149 Denique Aecidia est etiam vitium capitale, ut est communis omnium sensus; & ratio est, quia sicut invidia, quæ est tristitia de bono proximi, est vitium capitale, eò quod ex invidia homo impellitur ad aliqua faciendâ, ut fugiat tristitiam; vel tristitia satisfaciatur, ut dicitur est art. præced. ita in presentia eadem ratione aecidia, quæ est tristitia de bono divino, & spirituali, vitium capitale poni debet, cui proinde lex filie communiter assignatur ex D. Gregorio loco citato, quæ sunt malitia, rancor, pessillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, & vagatio mentis circa illicita, ut specialiter docent Doctores nostri supracitati, Aristoteli, Abellius, & Nicolaus de Nise, qui loco cit. advertit, malitiam hanc non sumi secundum quod est genus omnium vitiorum, sed specialiter pro ea, quæ quasi odium habet bona spiritualia, & velle ea non esse, aut qui ipsam ponit bene fecisse, aut qua contemnit Dei beneficium, verbi gratia, desiderando non fuisse natum, vel non agnovisse Christum, Neque etiam rancor hic accipitur communiter pro quadam indignatione contra eum, qui ad spiritualia bona inducit. Neque etiam accipitur hic evagatio mentis circa illicita.

illicita, prout generaliter in omni peccato reperitur, sed specialiter in quantum, scilicet, propter fastidium, & tristitiam bonorum spiritualium aliquis se transferat ad delectabilia exteriora; & hæc ex se venialis est nisi cum ex præcepto aliquo talis attentio exigatur, ut in audiendo Sacrum diebus festis, & in recitandis horis Canonicis, quando homo ad eos obligatur, in his enim rebus mentis evagatio mortalis esset, si notabilis esset, & culpabiliter, seu ex negligentia haberetur. Pessimitas est respectu consiliorum, ut notat Aristoteli loco citato, quia nimirum homo divina consilia, quæ perfectionis sunt, exequi non audeat, & hæc venialis est ex se. Torpor verò est circa præcepta, quo, scilicet, homo negligit, & omittit facere, quæ sunt ex præcepto, & hic mortale est, & charitatis adversatur, quia quicumque debet suam salutem procurare, & operari. Desperatio tandem est, qua homo diffidit se finem supremum consecuturum, hæc autem facile ori-

tur ex aecidia, quia homo velut arduum; & difficilis consecutionis respicit talem finem; est autem desperatio mortale grave, cum sit ex pleno rationis consensu, veniale vero, quando est solum quidam motus imperfectus. Hic verò communiter Doctores advertunt, quod cum tali genere aecidie non peccetur, nisi quando actio virtutis sub præcepto cadens ob sui difficultatem omittitur, vel negligentius quam par est, exercetur; expelli debet hoc vitium non fugiendo, sed resistendo, & opus virtuti fortiter aggrediendo, & ratio est, quia difficultates in exercitio virtutum non tam vehementes sunt, sicut falsa apprehensione ab inexpertis æstimantur; tunc quia rerum spiritualium studium quanto magis exercetur, tanto avidius retinetur juxta illud Sapientis de sapientia loquentis capit. 8. *Non habet amaritudinem conversatio illius, neque radium consilium illius, sed letitiam, & gaudium*. Ita Layman lib. 2. tract. 3. cap. 9.

DISPUTATIO XVI. DE SACRAMENTIS IN GENERE.

POST Disputationem de Peccatis ordo Doctrinæ expostulat ut materiam de Sacramentis aggrediamur, quæ sunt remedia animam a maculis peccatorum expurgantia per collationem gratiæ, quemadmodum epim eruditè dicitur Abellius in sua Medulla Theologica part. 2. tract. 5. de Sacramentis, quod olim per Ezechiel. 36. pollicitus fuerat Deus effusurum se super servos, & ancillas suas aquam mundam, qua emundarentur ab omnibus inquinamentis suis; hoc præsertim in Sacramentis à Christo Domino postmodum institutis adimplevit, hæc siquidem sunt veluti vasa quedam sacra, quæ ut declarat Concilium Tridentinum sessio. 1. canon. 6. divinum illum gratiæ sanantis, & sanctificantis visum in se continere, & ex se diffundunt; & hi sunt fontes illi Salvatoris, ex quibus cum gaudio haurire possimus aquam vivam, quæ fiat in nobis fons aquæ salientis in vitam æternam, ut ipse dixit Joan. 4. Quoniam verò de hæc materia Sacramentorum jam accuratè, ac dilucidè tractavimus ex professo lib. 4. sentent. quoad ea præsertim, quæ ad speculationem, & scholasticam doctrinam spectant, non tamen omnia, quæ ad practicam, & moralem; sicut ad complementum nostræ Theologiæ Moralium necessarium videmus hæc materiam Sacramentalem rursus pertractare, addendo alia ad doctrinam moralem spectantia, ac interdum eum majori facilitate, & brevitate aliqua repetendo ibi pertractata, quæ ad praxim attinet, ut hic Tractatus de Sacramentis adeo necessarius sit ex omni parte integer, & completus. Totaque hæc tractatio sic optime disponetur, ut prius de Sacramentis in Genere, postmodum de singulis in speciali tractetur.

QUÆSTIO PRIMA.

De Natura, & essentia Sacramenti in genere.

Hoc Sacramenti nomen apud Latinos idem significat, quod apud Græcos nomen *Mysterium* unde hæc nomina, tamquam synonyma interdum accipi solent; ut patet ex illo Apocal. 12. & in fronte ejus scriptum mysterium. Ego ostendam tibi Sacramentum unius mulieris; quamvis autem hoc Sacramenti nomen plures habeat acceptiones, duobus tamen præsertim modis apud Sacros Scriptores acceptum reperitur; uno modo pro re occultata, & latente, quo sensu dicitur Ephes. 2. *Ut notum nobis faceret Sacramentum voluntatis suæ*; alio modo pro signo ipsius rei latentis, & occultæ; ut patet ex verbis Apostoli Ephes. 5. ubi matrimonio appellat Sacramentum magnum quia est signum alicujus rei latentis, & occultæ, nimirum conjunctionis Christi cum Ecclesia. Sacramentum hoc magnum est, ego

dicō in Christo, & in Ecclesia, & in hac posteriori acceptione usurpatum est hoc nomen à SS. Patribus, & ab ipsa Ecclesia in presenti ad significandam æremoniam quamdam sensibilem aliquam sanctitatem conferentem, ut explicandis constabit, & in hoc sensu vestigamus modò naturam; & essentiam Sacramenti in genere.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid sit Sacramentum, & in quo ejus essentia consistat.

3 Jam diximus lib. 4. disp. 1. de Sacramentis in genere q. 1. art. 1. partes, & varias Sacramenti definitiones à Theologis assignari, qui rectè intellectæ, & explicatæ, vel in unam, & eadem coincidunt, vel saltem ex illis vera, & integra Sacramenti definitio colligi potest, ut enim inquit Scotus 4. distinct. 1. q. 2. in calce, quod una definitio non exprimit, per aliam exprimitur, & sic ex omnibus colligendo, quod in singulis sparsim invenitur, haberi potest hæc definitio completa, & omnibus numeris absoluta, quam ipse Doctor assignat quæst. cit. artic. 2. sub lit. F. dicens, quod Sacramentum est, *signum sensibile gratiæ Dei, vel effectum ejus gratuitum ex institutione Divina efficaciter significans ordinatum ad salutem hominis vivantis*, quam definitionem Joannes Echius homil. 4. de Sacramentis ait esse omnibus aliis præferendam, quia ex communi omnium sensu tria ad essentiam Sacramenti spectare dicuntur; primum, ut sit signum sensibile secundum, ut significet sanctitatem, & justitiam ex Dei institutione; tertium, ut eadem efficiat; quæ de causa Theologi passim docent Sacramentum esse signum practicum, quia non tantum significat, sed etiam efficiat, quod significat; sed hæc tria continentur, & explicantur in allata definitione, ut mox ex ejus declaratione constabit; unde coincidit cum illa, quæ traditur in Catechismo Concil. Trident. part. 2. cap. 1. quod Sacramentum est res sensibilibus subiecta, quæ ex Dei institutione sanctificatur, & iustitiam significandâ, tum efficiendâ vim habet, singulas autem allatæ definitionis particulas explicabimus breviter expetendo, quæ fusc diximus loco citato.

4 Primum itaque Sacramentum dicitur signum, quod sumitur ex Scriptura, nam Genes. 18. Circumcisio, quæ inter vetera Sacramenta erat præcipuum, dicitur *signum fœderis*, & ad Roman. 6. Baptismus appellatur signum sepulcræ, & resurrectionis. Signum autem non solum dici potest in ordine ad cognoscendum, & manifestandum aliquod occultum, quo pacto sumitur ab Augustino lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 1. ubi definit esse illud, quod præter speciem, quam ingeris sensibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire, & dicitur signum cognoscendum, quo modo hædera dicitur signum vini venalis, nomina rerum, fumus, ignis, &c. sed etiam ad faciendum id, quod significatur, quo pacto signa dicuntur illa quando inter aliquos convenit, vel ex pacto suo, vel ex mandato Superioris, ut dato tali signo certa quedam operatio fiat. Quando itaque Sacramentum dicitur signum, non debet hæc prima particula accipi pro mero signo

cognoscendi, quod dicitur signum merè speculativum, quali negando, vel excludendo signum faciendi, quod dicitur practicum; sed potius accipi debet in communi, ut consequenter per alias sequentes particulas determinetur, quoniam modo Sacramentum sit signum, & hoc valde rationabiliter, quia signum in hac definitione sit loco generis, alia verò particula sequentes institutione divina efficaciter significans tenent locum differentie genus illud contrahentis, ac determinantis. Additur verò, quod hoc sit signum sensibile, quia debet esse signum ipsis hominibus, qui non nisi per sensum in cognitionem ducuntur, & idèd dicit Chrysostomus hom. 83. in Matth. Si incorporeus esset nuda ipsa dona incorporea tibi tradidisset, sed quia corpori conjuncta est anima tua, idèd rebus sensibilibus tibi intelligenda traduntur, & hoc ad suam Dei providentiam pertinuit, ut per res exteriores, & signa quædam sensibilia, veluti manu duceremur ad cognitionem, & perceptionem rerum spiritualium, & divinarum.

Secundo dicitur signum efficaciter significans, ut ostendatur Sacramentum non esse purum signum cognoscendi, sed etiam faciendi, quod significat, quia Sacramenta, ut ait Scotus loc. cit. sunt signa practica gratie, & non tantum speculativa, unde per hanc particulam insinuat, quod non solum significant, sed etiam causant gratiam; & per hanc particulam distinguuntur Sacramenta novæ legis à Sacramentis veteris legis, quæ in suscipiente veram animæ sanctitatem non causant, quæ solum per gratiam habitalem, & sanctificantem habetur, sed tantum legalem, & imperfectam, unde in Sacramentis veteris legis significatio gratie erat purè speculativa, & idèd Concilium Florentinum in litteris unionis assignando discrimen inter Sacramenta veteris, & novæ legis eis solum tribuit gratie significationem, illius nempe, quæ per novæ legis Sacramenta nobis conferenda erat ex meritis Christi; nostris vero Sacramentis non tantum ejusdem gratie significationem tribuit, sed etiam causationem. Rursus per eandem particulam efficaciter non tantum innuitur Sacramenta novæ legis practice gratiam significare, sed etiam modus institutionis, & simul indicaretur Sacramentum esse institutum communi, & universali lege ad usum hominum, & totius humani generis, & non pro certa aliqua persona, & in privato aliquo, & peculiari casu; & ratio est, quia Sacramenta tradita sunt Ecclesie in communem fidelium utilitatem, & omnium salutem, atque idèd lege communi institui debuerunt. Ex quo fit verba illa Christi ad Magdalenam, & Paraliticum Remittuntur tibi peccata tua, & infusationem Christi in Apostolos, & in infusationem Sanctum dedit illis dicens Accipite Spiritum Sanctum, non fuisse Sacramenta, quamvis fuerint signa rei sacre, scilicet, gratie à Christo Domino instituta ad sanctificationem, eò quia non fuerunt ab eo instituta, neque ut cæremonia frequentandæ continuandæ, & permanentes in Ecclesia; neque in beneficium totius Ecclesie, & ad usum communis fidelium, sed fuerunt opera particularia, & signa in quibusdam certis casibus, & in beneficium singularium personarum, & idèd non veniunt sub nomine Sacramenti, prout hic sumitur, scilicet pro signo stabiliter instituto in beneficium Ecclesie, & communem fidelium utilitatem. Similiter Martyrium ob eandem causam non est Sacramentum, quamvis enim ex opere operato gratiam conferat, non tamen est specialiter ad hoc institutum, ut fufus diximus d. 2. de Baptismo, & Confirmatione q. 7. Ex quibus inferitur ad essentialia Sacramenti tria requiri. Primum est, ut sit signum stabile, & communi, ac universali lege institutum ad communem fidelium utilitatem. Secundum, ut significet veram, & propriam sanctitatem, qualis est gratia habitualis, & sanctificans. Tertium, ut eandem efficiat ex opere operato, idèd usu suo, & applicatione per propriam efficaciam, & non ex opere operantis, sive per actum, aut dispositionem ministrantis, vel suscipientis, quæ est ad affectum Sacramenti requiritur, non tamen ut causa, sed ut conditio sine qua non, ut consistat ex dicendis.

Denique ex dictis inferitur definitionem Sacramenti ex toto assignatam esse optimam, quia habet verum genus, & differentiam, & quedam addita, quæ tempore in definitione relativorum, quale est Sacramentum, tempore debent, cum eorum definitio non sit pure quædãdativa, sed data per additamentum nam signum ponitur, ut genus, quod pertinet ad relationem, alia verò duo ex institutione divina efficaciter significans, locum tenent differentie, ut constat ex dictis. Et quia in definitione relativi fundamentum, & correlativum ponitur, tamquam additæ; idèd in hac definitione Sacramenti, quod pro formali relationem importat, ponitur sensibile, pro fundamentum, vel subiecto relationis, gratia, vel effectus ejus grativus pro correlativo, seu termino illius signi, quod est Sacramentum. Additur tandem, quod sit ordinatum ad salutem hominis viatoris, ut indi-

interioris Sacramenti, scilicet, gratie, & charitatis. Christum verò, ut hominem, esse causam principalem meritoriam illius effectus, efficientem verò ministerialem ex commissione Dei. An verò potuerit homini, vel Angelo communicari potestas instituenti Sacramentum tractatum ex professo q. 6. cit.

Quarto dicitur signum efficaciter significans, quia juxta definitionem Sacramenti ex Scoto traditam de ratione ejus est, non tantum significare, sed etiam efficere veram gratiam, & sanctitatem ex opere operato, hoc autem modo Sacramenta tantum novæ legis rationem Sacramenti habent, non autem veteris legis, quia illa veram, & propriam sanctitatem non causant, sed tantum improprium, & figurativam, quod si interdum causant veram, & propriam sanctitatem, hoc non faciunt ex vi propria, seu ex opere operato, sed tantum ex opere operantis, sola Circumcisione excepta, quam vult Doct. noster veram contulisse sanctitatem ex opere operato, ut fufus ostendimus disp. 1. cit. q. 2. ar. 3. Addit autem Doct. gratiam, vel effectum esse grativum, quia in Eucharistia res Sacramenti non est gratia habitualis animæ inherens, sed gratia per se subsistens, scilicet, Christus ipse sub speciebus Eucharisticis, & idèd ut utrumque includeret, illam apposuit particulam, vel effectum ejus grativum; gratia verò inherens non datur, nisi quando species recipiuntur. Quare Sacramentum Eucharistie primo, & principaliter significat Iverum Christi Corpus sub speciebus contentum, qui dicitur effectus grativus, quia ex gratuita Dei voluntate procedens; & dicitur effectus; non quia tunc de novo fiat, sive esse accipiat, sed quia fit de novo præfens illis speciebus per transubstantiationem panis, & vini in ipsum, quod est opus divinæ gratie, ut ex inferius dicendis constat in propria disputatione huius Sacramenti. Hinc sequitur, ea quæ Sacramentalia dicuntur, v.g. benedictio Abbatis, consecratio Virginis, &c. non esse proprie Sacramenta, quia præsertim ex usu suo, & opere operato gratiam non conferunt, ut nec actus virtutum, præterquam quod hi sensibiles non sint.

Quinto tandem dicitur ordinatum ad salutem hominis viatoris, ut explicaretur causa finalis huius institutionis, & simul indicaretur Sacramentum esse institutum communi, & universali lege ad usum hominum, & totius humani generis, & non pro certa aliqua persona, & in privato aliquo, & peculiari casu; & ratio est, quia Sacramenta tradita sunt Ecclesie in communem fidelium utilitatem, & omnium salutem, atque idèd lege communi institui debuerunt. Ex quo fit verba illa Christi ad Magdalenam, & Paraliticum Remittuntur tibi peccata tua, & infusationem Christi in Apostolos, & in infusationem Sanctum dedit illis dicens Accipite Spiritum Sanctum, non fuisse Sacramenta, quamvis fuerint signa rei sacre, scilicet, gratie à Christo Domino instituta ad sanctificationem, eò quia non fuerunt ab eo instituta, neque ut cæremonia frequentandæ continuandæ, & permanentes in Ecclesia; neque in beneficium totius Ecclesie, & ad usum communis fidelium, sed fuerunt opera particularia, & signa in quibusdam certis casibus, & in beneficium singularium personarum, & idèd non veniunt sub nomine Sacramenti, prout hic sumitur, scilicet pro signo stabiliter instituto in beneficium Ecclesie, & communem fidelium utilitatem. Similiter Martyrium ob eandem causam non est Sacramentum, quamvis enim ex opere operato gratiam conferat, non tamen est specialiter ad hoc institutum, ut fufus diximus d. 2. de Baptismo, & Confirmatione q. 7. Ex quibus inferitur ad essentialia Sacramenti tria requiri. Primum est, ut sit signum stabile, & communi, ac universali lege institutum ad communem fidelium utilitatem. Secundum, ut significet veram, & propriam sanctitatem, qualis est gratia habitualis, & sanctificans. Tertium, ut eandem efficiat ex opere operato, idèd usu suo, & applicatione per propriam efficaciam, & non ex opere operantis, sive per actum, aut dispositionem ministrantis, vel suscipientis, quæ est ad affectum Sacramenti requiritur, non tamen ut causa, sed ut conditio sine qua non, ut consistat ex dicendis.

Denique ex dictis inferitur definitionem Sacramenti ex toto assignatam esse optimam, quia habet verum genus, & differentiam, & quedam addita, quæ tempore in definitione relativorum, quale est Sacramentum, tempore debent, cum eorum definitio non sit pure quædãdativa, sed data per additamentum nam signum ponitur, ut genus, quod pertinet ad relationem, alia verò duo ex institutione divina efficaciter significans, locum tenent differentie, ut constat ex dictis. Et quia in definitione relativi fundamentum, & correlativum ponitur, tamquam additæ; idèd in hac definitione Sacramenti, quod pro formali relationem importat, ponitur sensibile, pro fundamentum, vel subiecto relationis, gratia, vel effectus ejus grativus pro correlativo, seu termino illius signi, quod est Sacramentum. Additur tandem, quod sit ordinatum ad salutem hominis viatoris, ut indi-

indicaretur finis, & modus quo talis Sacramentorum institutio facta est, ut explicatum est; quare nil deest, ut hæc definitio sit vera, & propria eo modo, quo Sacramentum definitur potest. Ex hac etiam definitione constat, quoniam importetur à Sacramento intrinsecè, & in re, & quæ extrinsecè, ac in obliquo, nam in re, & in reo importatur illa, quæ loco generis tenent, & differentie, nimirum signum, quod ponitur ut genus; ex institutione divina, efficaciter significans, quod ponitur, ut differentia; cetera verò, quæ ponuntur ut addita, nimirum sensibile, ut fundamentum talis relationis, gratia, verò vel effectus Dei grativus, ut correlativum, importantur extrinsecè, & in obliquo, ut indicat Doct. l. c. I. quomodo autem, & in quo sensu materia, & forma dicantur partes extrinsecæ. Sacramenti dicimus art. seq. ita circa assignatam Sacramenti definitionem discursimus d. 1. cit. de Sacram. in genere q. 1. a. 1. ubi etiam art. plures solvuntur objectiones, quæ contra ipsam fieri solent, & ibi videri possunt; nam ex earum solutione adhuc magis elucet præfata definitio intelligentia.

ARTICULUS SECUNDUS.

De materia, & forma Sacramentorum.

Omnia Catholicum est, hæc nostra Sacramenta novæ legis consistere quasi materia, ac veluti forma verbis, & aliqua materia cum forma, tum in naturalibus, tum in artificialibus proportionem servatam quomodo autem consistat eorum, & verbis, tanquam materia, & forma, ut ex partibus ea intrinsecè componentibus, fufus declaravimus d. 1. cit. q. 3. ubi ab initio quæstionis advertimus ex Scoto d. dist. 3. q. 2. Sic prima, pro reâ huius compositionis intelligentia Sacramentum dupliciter considerari posse, vel ut est quoddam totum ex rebus sensibilibus, & relatione signi constant, vel ex parte fundamenti, in quo relatio signi fundatur, ut est quoddam compositum ex aliquibus rebus, & verbis; quorum primum dicitur materia, alterum forma, non proprie, sed metaphysicè, & proportionaliter, ita ut nomine rerum intelligatur id omne, quod in Sacramenti indeterminationem habet significationem, nomine verò verborum id, per quod illud determinatur, ut v.g. in Baptismo aqua naturalis hæc habet, ut materia quæ significare potest per abluentionem propter suam humiditatem, & refrigerium propter suam frigiditatem, sed eam dicitur: Ergo baptizans manifestatur quod aqua utitur in Baptismo ad significandam emundationem spirituale. Sacramentum primo modo consideratum est compositum physicum, & accidentale, cujus forma est relatio signi, alia verò sunt fundamentum, verè enim à relatione signi afficitur illud subiectum, sicut quilibet relatio subiectum, in quo fundatur, informat, unde tunc dicitur materia, & forma, idèd, res, & verba simul habent se in materia, significatio verò eorum infat forma. Secundo autem modo consideratum est compositum morale, & artificiale, siquidem ex beneplacito illa duo, scilicet, res, & verba sunt assumpta, ut fundamentum relationis signi, & unum non informat, vel subiecat alterum; quare minus rectè, ut diximus loc. cit. nonnulli Recentiores putant hanc quoque compositionem esse physicam, quia ad talem compositionem constituendam non sufficit partes esse physicas, sed requiritur ipsam quoque compositionem esse aliquo modo physicam nimirum, aut per realem unionem, aut continuationem, aut contiguitatem partium in ordine ad certam figuram constituendam, quarum compositionum nullam habent res, & verba Sacramentorum, ut ex dicendis constat. Quando itaque in proposito queritur, an Sacramentum consistat rebus, & verbis, tamquam materia, & forma; non est sermo de Sacramento primo modo sumpto, ut est quoddam totum ex rebus sensibilibus, & relatione signi constant, quod sumptum esse partiale ex parte fundamenti, in quo relatio signi fundatur, & quæstio est, an in quolibet Sacramento res, & verba ita ad invicem coniungantur, ut partes illius intrinsecæ, & essentialis censentur, pro cuius resolutione.

Primo dicendum est omnia novæ legis Sacramenta rebus, & verbis consistere, vel formaliter, vel saltem æquivalenter, tamquam ex materia, & forma, ut verbi gratia, in Baptismo res sensibilibus, & actio, idèd, aqua, & ablutio, in unctione oleum, & unctio dicitur materia, & quidem oleum, & aqua materia remota, actio verò illa materia proxima; verba autem, aut quod eorum loco ponitur, ut in matrimonio signum coactus, dicuntur forma. Ità statuitur loc. cit. & expressè declaratur in Concil. Florentino, in decreto Eugenii Papæ, ubi post enumerationem Sacramentorum novæ legis hæc verba leguntur: Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur rebus, tamquam materia, verbis, tamquam forma, & persona Ministri cum intentione. Hæc illi Theol. Moral.

Ac etiam in scriptura quibusdam Sacramentis expressè res, & verba assignantur, nam de Baptismo habetur Matth. 28. Baptizantes eos, ecce res, scilicet, ablutioem, in nomine Patris, & Filii, &c. ecce verba. Deinde in Eucharistia institutione legitimos Christum accepisse panem, & dixisse illa verba: Hoc est corpus meum, & similiter de extrema unctione habetur Jac. 5. Ungentes vos Oleo sano in nomine Domini, & oratio filii salubris infirmum. Notanter autem diximus Sacramenta nostra consistere rebus, & verbis, vel formaliter, vel saltem æquivalenter; nam aliqua si non in toto rigore, saltem æquivalenter consistant rebus, & verbis, ut Matrimonium, & Pœnitentia; in Matrimonio enim semper verba interveniunt, vel formaliter, ut cum expresse pronunciat, vel saltem æquivalenter, ut cum per signa, & nutus notificatur, & quando Concilia, & Patres dicunt in Sacramentis præter verba requiri res, aliud docere noluere, quam quod præter verba quæ sunt forma, & à ministro prolata, requiritur aliud, quod dicitur res, hoc est, contradistinctum ab eo, quod loco rei forme tenet, & ab eo aliud quo pacto determinabile, quod autem hoc aliud, quod habet rationem materia, & tenet locum rei, sint verba, vel actiones alterius potentie, parum refert. Acque ita in Sacramento pœnitentiæ Confessio ipsa externa, sive verbis, sive nutibus, aut aliis signis exterioribus facta est, vera res Sacramenti potest contradistincta a verbis à Ministro prolatis, quæ sola sunt forma. Et sic patet dici potest in Sacramento Matrimonii, quod forma sunt verba, vel alia signa exteriora consentium contrahentium exprimentia, res autem est traditio, seu translatio potestatis in corpora, verè enim transfertur dominium, & corpora traduntur, atque ita datio corporum est materia, & tenet locum rei in Sacramento Matrimonii, ut expressè innuit Doct. 4. dist. 26. q. 1. sub P. quæ omnia propriis locis de unoquoque Sacramento magis explicabuntur.

Secundo dicendum est res, & verba, quæ dicuntur materia, & forma Sacramentorum semper esse partes intrinsecæ, & essentialis Sacramentorum, quæ in usu consistunt, & in fieri, quæ sunt omnia præter Eucharistiam, quæ habet modum permanentis, ac veluti etiam in hoc esse consistit, & utraque esse fundamentum relationis signi, quam Sacramentum pro formaliter importat. Ità etiam statuitur loco cit. & est communis omnium sententia, quod ibi probavimus ex analogia ad compositionem naturalem, in qua partes illæ per modum materiae, & forme concurrere dicuntur, quæ sunt composita intrinsecæ, & essentialis, alia per modum determinativi, alia per modum determinati, sed in Sacramentis novæ legis in usu, & in fieri consistit tam res, quam verba hæc habent, ut partes intrinsecæ, & essentialis signi Sacramentalis, res quidem, ut quid determinabile, verba verò, ut quid determinativum, ergo, &c. minor probatur, utraque enim necessaria sunt, & neutra sufficiens ad fundandam significationem Sacramentalem, siquidem in Sacramento Baptismi, v.g. nec ablutio sine verbis, nec verba sine ablutio sufficerent ad internam animæ ablationem significandam, ablutio namque sine verbis Baptizans indifferens est ad humectationem, frigiditatem, & abluentionem significandam, & verbum Baptizans sine ablutio est falsum. De Eucharistia verò, quia est Sacramentum permanentis, aliter discurrendum esse inquit Doct. 4. dist. 8. qu. 1. quamvis enim verba consecrationis possint dici forma Sacramenti Eucharistie, quatenus sunt forma consecrationis, quæ est inchoatio huius Sacramenti propriè tamen loquendo non sunt pars intrinsecæ, & essentialis illius, ut evenit in cæteris Sacramentis, quæ in usu consistunt, quia tunc non esset Sacramentum permanentis, cum verba non possint esse, nisi successiva, ipsa tamen consecratio consistit in fieri, & idèd aliquam formam verborum requirit, sed ipsa non est forma Sacramenti, sed consecrationis Sacramenti, & in tantum illa verba dici possunt Sacramentalia, quia ad hoc Sacramentum pertinet, tamquam forma consecrationis ejus, quæ est huius Sacramenti inchoatio, sed non dicuntur sic Sacramentalia, sicut verba Baptismi, ipsa enim duntaxat Sacramentalia quia sunt forma illius Sacramenti. Unde inquit Doct. hoc Sacramentum Eucharistie consistere in speciebus consecratis, ita ut ipse species visibiles sint materia, idèd, proxiimum fundamentum relationis significationis, ipsa significatio sit formale. Et si queratur quomodo sit in hoc Sacramento, tamquam materia, & aliud tamquam forma. Respondet, quod non est hic aliud, tamquam materia, & aliud tamquam forma, sicut est in aliis, cuius ratio est, quia hoc est Sacramentum permanentis, & idèd non possunt aliqua verba ad eius efficientiam pertinere, unde tandem concludit in solutione ad quartum utramque speciem panis, & vini esse signum unius rei, scilicet, Corporis Christi sub illis existentis.

Sed obiciunt aliqui, quod supra diximus ex Concil. Florent. omnia Sacramenta tribus perfici necessariò, rebus materia, verbis, tamquam forma, & persona Ministri cum intentione. B b 3

